

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Disputatio Inauguralis, proponens Quaestionem: An Muti
Et Surdi Ad S. Coenam Admittendi Sint?**

Loescher, Caspar

Wittebergæ, 1701

VD18 10148965

Farbkarte

urn:nbn:de:gbv:45:1-17034



Landesbibliothek Oldenburg



I. N. S. S. T.

§. I.

Uod Deus benè vertat, stat sententia agere nunc de Quæstione Practitâ : An, qui simul muti & surdi sunt, admitti possint ad Sacra Cœna usum ? Cùm enim & Quæstio ipsa, si absque certis limitationibus spectetur nuda , anceps esse videatur, & non raro Autores in ejus decisione à se invicem discrepant, indeque, quibus sacra peragenda sunt, sèpius, quò se vertant, nescii sint, operæ pretium esse putamus , certos hâc in re ponere limites, quibus, si Quæstio circumscripta cautè consideretur, dubia, si non omnia, pleraque tamen, feliciter removeantur, planaque aperiatur via, quâ Conscientiaz tutè ambulare queant.

§. 2. Illud verò quò rectius fiat, rem omnem tribus includemus partibus, quarum Prima erit Hypothetica, quæ Hypotheses toti negotio inservientes proponet. Secunda erit Thetica, ex hypothesibus præmissis certas Conclusiones eliciens, remque adeò ipsam clarè & determinatè sistens. Quam Tertia demum, Antithetica nimirum, sequetur, in quâ, quæ nostræ & veræ sententiæ opposita sunt, aut opponi possunt, afferentur, & removebuntur.

A 2

§. 3.

